



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Gasparis Barzaei Belgae E Societate Iesv: B. Xaverii  
In India Socij**

**Trigault, Nicolas**

**Coloniae, 1611**

III. Armuzia[m] discedit Goa[m] versus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45183**

messis messoribus carebant, messem illam tantis operarijs commendare: quod factum anno salutis nostræ 1567. sedecim ferè pòst annis, quàm illam missionem inchoarat. Atque ita videor mihi breuiter ijs, qui Armuzianæ missionis euentum scire cupiebant, satisfecisse. Omnia porò quæ dixi, ab alijs ferè intacta, ex ipso Conimbricensi Archiuo, autographorum ipsorum fide erui. sed ad Gasparem redeamus.

## CAPVT III.

*Armuzia discedit Goam versus.*

**D**ISCESSVS Gasparis in Iaponiam euocati iam percrebuerat Armuziæ: vnde luctus in vrbe primum; ab inerte deinde luctu ad eam profectionem disturbandam itum est. Itaque frequentes ad eum amici conueniunt, Gasparem si fieri posset expugnaturi. sperabat enim eo non repugnante se faciliùs vel Proregis vel Episcopi Goani opera rem vniuersam perfecturos. Eorum in hæc ferè verba institue-

stituebatur supplicatio: Salus, Pa-  
 ter, quam tu tecum huc attulisti, ~~et~~  
 & discedens elaturus es, communis  
 omnium huc nos ad te adduxit, ut te  
 ab hac profectioe diuini honoris,  
 & salutis nostræ machinis, dimo-  
 ueamus. quid enim iuuat diutiùs  
 conuiuere? Ac si quidem nauigatio-  
 nis diurnitatem Lusitanicæ pro-  
 pè parem, procellas, typhones, py-  
 ratas, cruces Iaponicas, mortem ip-  
 sam proponeremus, videremur no-  
 bis abiectè nimis de animi tui ma-  
 gnitudine sentire, & ipsi ex tot con-  
 cionibus, de cruce, de martyrio, pa-  
 rum fructus collegisse: sed aliam  
 planè viam nobis duximus incun-  
 dam. Quis enim ignorat, si de cruce  
 agitur, nusquam tot tantaque videri  
 toleranda, ut ea quæ Armuziæ ne-  
 cessariò ab omnibus, à te etiam spò-  
 te tolerata sunt? Itaque videri po-  
 tes, quod pace tua liceat, iam æstus  
 nostri impatiens, homo Flander, fri-  
 goribus assuetus, in Iaponia Flan-  
 driam non admodum cælo differē-  
 tem querere, prætextu quidem spe-  
 cioso

cioso, sed reuerà vt refrigerium. Ita  
 censent aliqui; sed ij tuæ virtutis  
 parum æqui videntur æstimatores:  
 itaque si tantoperè infidelium con-  
 uersionem affectas, habes hîc in por-  
 tis propè, quò excurras, Carmani-  
 am, ac deinde Persidem, & Turciam  
 vniuersam, qua ad Christi fidem  
 cultumque reducta, tuos iam Armu-  
 zianos ex itinere reuisens, in Ara-  
 biam ad Ammonitas ac ceteros ibi  
 populos emigrabis, deinde subinde  
 ad nos reuersus de Abyssinis cogi-  
 tabis: & si hoc non sufficit, habes  
 industriæ tuæ campum, Africam v-  
 niuersam. Harum gentium iam mo-  
 res nosti, iam opinionem tui, quæ  
 ad fructum faciendum valet, ex hoc  
 emporio quaquauersus, velut ad-  
 uentus tui prodromum, præmisisti.  
 Cui non videbitur, tantas spes pro-  
 fundere, non esse messem disper-  
 gere potiùs, quàm cū Christo colligere?  
 Sed obedientiæ vim nobis al-  
 legabis. Itane verò, si hæc nosset  
 Xauerius, te auocaret? Virum noui-  
 mus certos fructus dubiæ spei non  
 præ-

præ  
 cur  
 ram  
 tori  
 aud  
 mar  
 mus  
 lum  
 Soci  
 diar  
 non  
 & fo  
 rius  
 pè re  
 quor  
 beto  
 gem  
 turo  
 ris  
 (cui  
 uare  
 rant  
 lape  
 nos  
 Pate  
 mus  
 lor i

præponentem. itaque hanc tu nobis curam relinquas, tu solùm in alteram partem æquabilis primi motoris Dei motum exspecta: si nobis auditis Xauerius in sententia permanferit, tum neque nos repugnemus. Denique hoc vltimum fit telum & acerrimum, memorem esse Societatem debere, quorsum in Indiam fuerit à Rege destinata, certè non vt barbaros præferat Lusitanis: & scimus ipsi quàm in hac re Xauerius non modò sit diligens, sed propè religiosus. Itaque (quid enim est quod tecum conuiueamus) sic habeto, si à te nihil impetramus, Regem ipsum appellaturos, vim allaturos, & si quo modo nobis elaboris grauibus Societatem querelis (cuius tu existimationem conseruare debes) in aula Lusitanica onerantes, effecturos etiam, vt ex ipsa Iaponia vel compedibus vinctus ad nos reueharis. Neque enim te, mi Pater, filij tui nos aut carere volumus aut possumus, quos iustus dolor in indignationem propè versus  
ad

ad has minas adegit; quibus si nec-  
dum moueris, nostro silentio, voce  
iam gemitibus interclusa, mouea-  
ris. Hæc & similia plura communis  
omnium excepit comploratio.

Quibus Gaspar breuiter ita respō-  
dit: Quid facitis flentes & affligen-  
tes cor meum? durum est vobis con-  
tra stimulum calcitrare: mihi verò,  
quod aliqui censent, hoc pro mini-  
mo est, vt à vobis iudicer aut ab hu-  
mano die. sed neque meipsum iudi-  
co: nihil enim mihi conscius sum;  
sed non in hoc iustificatus sum. No-  
ui enim, quanto perè semper in me  
amoris proprii stirpes toties extir-  
patæ pullularint. De Asia quod di-  
citis & Africa, non displicet: sed  
militis nō est, vel hostem sibi, vel in  
conflictu locum deligere. id Im-  
peratoris. Et tamen ego neque de  
Africa, neque de Asia despero:  
at quantò satius est ab extremis  
illis Orientis populis initium fa-  
ciendo in Chinam, Tartariam, Per-  
siam, Turciam & Africam deuenire?  
De Xauerio quod dicitis, non dis-  
plicet;

plicet; si quid potestis, tentate: ego  
 verò iam æquabilis esse nullo mo-  
 do possum, obedientiæ pondere in  
 alteram partem depressus. Quod  
 porrò minas, vim, querelas, com-  
 pedes additis; quid aliud peccata  
 mea toto triennio apud vos com-  
 missa, resque Christiana toties vi-  
 tio meo prodita meruerunt? De So-  
 cietatis existimatione curabit Xaue-  
 rius, qui nullo modo barbaros præ-  
 tulit Lusitanis, sed me Societatis  
 nostræ minimū à vobis auocat, aliū  
 planè, qui in itinere est, suffecturus.  
 Certò enim scitote, quemcumque  
 fitis è Societate nostra habituri, plus  
 eum rebus vestris, quam etiam ego  
 consulere voluerim, re ipsa cōsul-  
 turū: quod non ab animi modestia,  
 sed à veritate profectum, ipse vsus  
 indicabit. Et quid mirum, si iam a-  
 liter iudicatis, cum neminem è no-  
 stris antè me fitis experti? Deo et-  
 iam hoc prouidente, ne cui libet al-  
 teri succederem, Societatis nomen  
 obscuraturus: sed præirem poste-  
 ris, qui venirent, integra omnia,  
 nullo

N

nullo

nullo aut propè nullo fructu collecto pro rei magnitudine, relicturus. Ita Gaspar; qui nihil sua modestia persuasit, sed etiam magis inflammavit eorum animos. Nam ubi nihil impetraturos se videret, proidentes per magnam simulationem aliud vultu, animo aliud coquentes, iam propè sibi satisfactum præ se ferunt; ac mox ab eo digressi, vigilias in portu distribuunt, ne fortè Gaspar elabatur: quod si tentauerit, amica vis in patriæ bonum inferatur. Ea res vel Gasparem non latuit, vel omnia metuentem in suspicionem adduxit. Itaque cum per eos dies Antonij Noroniæ classis Goam rediret, communicato cum eo consilio, qui Gasparem secum abducere magnoperè cupiebat, facilè impetrauit, ut alibi nauiculam ascendens in prætoriam inferretur, feliciter amicæ ciuitatis custodias eludens. E plurimis comitari cupientibus, tres solùm ex ijs, quos iam in conuictum suum, & disciplinam antè receperat, abduxit, eo consilio,

vt is



vt in Iaponiam vsque comitarentur. Nihilominus prudenter quoque prospiciens rebus futuris, sensim eas res, quas ibi ad animorum salutem censebat oportunas, diu ante comparauerat: eius generis erant sacra ornamenta, Diuorum imagines ad aras exornandas, libri perutilis. Nam cum omnia in Armuziano emporio abundarent, prospexit, ne Iaponica egestas animorum salutem retardaret. Eas res clam in nauim illatas Goam detulit, & B. Xauerio, iam spe profectiois Iaponicae deiectus tradidit, vt quod ipse ire non posset, ea quae pararat, praemitteret, & illius gentis, quantum posset, salutem promoueret.

## CAPVT IV.

*Quid in ea nauigatione gesserit.*

**N**ORONIAE classis (is erat Proregis Alfonsi Noroniae, qui Greg. Caprali successerat, ex sorore nepos) recepta Catifa ex Rumibus victor Goam redibat; in eius nauim, vt dixi, Praetoria Gaspar